

posse Episcopum dispensare. Et fauet glossa capit. 1. de eo qui cognouit confang. sine vbi dicit ratione iuuentutis facilius dispensari.

13 Sed primò dico, omnia hæc impedimenta non dirimètia esse iure Ecclesiastico inducèta, præter sponsalia priora, & votu: quæ iure naturali, & diuino obligant fidem seruari, illa homini, hoc deo: & proinde iure eodem impediunt matrimonium: vt potest quod præstitit fidei aduersatur. Sic Caiet. summa verb. matrimonium cap. 1. §. secundum verò caput. Veracruz. 1. part. speculi, art. 27. paulò post principium. Nec potest Episcopus in sponsalium impedimento dispensare, vt bene docent, Caiet. eo. c. 1. §. & scito peccatum esse. Armilla verb. matrimonium num. 60. Sotus. 4. d. 37. quæst vni ca. art. 1. columna vltima, conclusione. 2. Veracruz proximè allegatus. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. numer. 2. Ludouicus Lopez. 2. par. instruct. de matrim. cap. 46. circa 5. impedimentum. Quod idem probauit latus re hæc disputata alios allegans lib. 1. disput. 6. num. 3. & ibi. num. 2. probauit posse Pontificem dispensare. In voti autem impedimento quis dispensare possit, pertinet ad librum sequentem, vbi latus est de dispensationibus sermo habendus.

14 Secundò dico, in impedimento interdicti Ecclesiæ, posse Episcopum dispensare: quando ipse, vel inferior matrimonium interdixit, secus si superior. Quia inferior nequit legem superioris tollere, nec moderari cap. inferior. 21. d. clem. ne Romani, de elect. ar. propriam, aut inferioris potest, sic Angelus matrimonium. 3. impedimento. 18. nu. 3.

15 Vltimò dico, verius esse posse Episcopum dispensare in omnibus impedimentis alijs solum impedientibus. Quia licet nullum ius id exprimat, nisi de incestu improprie cap. 2. de eo qui cognouit confang. ar. consuetudo interpretatur ex similitudine rationis extendi ad alia quoque impedimenta. Et ita docent Palud. Rosella, D. Anton.

Sylu. numer. 4. allegati. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 18. numer. 3. Sotus 4. d. 37. quæst. vnica, art. 1. columna. 3. vers. circa hos autem. Nauar. summa Latina. cap. 22. num. 85. Bartholomæus à Ledefma de matrim. dubio. 59. §. annotare hic oportet. Gaeta repetitione cap. ad limina. 30. quæst. 1. §. 4. num. 295. Toledo lib. 7. summa. c. 15. sine, & cap. 18. nu. 5. Caiet. summa verb. matrimonium capit. 1. §. & scito peccatum esse, & ibi Armilla num. 60. Veracruz nu. 13. relatus. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. num. 2. Petrus de Ledefma de matrim. q. 50. art. vnico, sine. Ludouicus Lopez. 2. par. instruct. vbi de matrim. cap. 46. circa 5. impedimentum. Emmanuel Sa summa verb. matrimonium, vbi de impedimentis non dirimentibus, sine. Viualdus candelabro Sacram. 1. p. vbi de matrim. num. 110. Vgolinus de Sacram. vbi de matrim. cap. 20. ad finem. Philareus de officio sacerdotis, tomo. 1. par. 2. lib. 2. cap. 4. ad finem. Et loquentes de incestu idem docent Nauar. summa Latina. cap. 22. num. 75. Sarmiento lib. 7. selectarum. cap. 10. ad finem. Ouandus. 4. d. ar. q. vnica, propositione. 12. Guierrez lib. 1. q. canon. cap. 23. num. 10. & duplici sequenti. Corduba summa quæst. 53. §. y sepa. Enriquez lib. 12. de matrim. cap. 2. nu. 7. Petrus de Ledefma de matr. quæst. 58. art. 4. dubio. 2. paulò ante solutione ad argumenta. Immo fortè satis esse licentiam proprii parochi, docent Verbecius, Redellus, Altensis, Monaldus, Nicolaus, Turrec. Gaeta, Albericus, quos retuli num. 8. quod non approbo, quia fundamento caret: parochi enim non est dispensare. Cum iuuenibus autem credo facilius dispensandum, at reuera egere dispensatione: nisi iam consuetudine abolita essent prædicta impedimenta, vt bene docent Authores num. 12. allegati.

16 Vtrum verò affectus impedimentis impedientibus, esto ea valerent, si matrimonium inear, possit petere debitum? dicam lib. 10. disp. 27. nu. 5.



DE IMPEDIMENTIS DIRIMENTIBVS.

DE IMPEDIMENTO ERRORIS

personæ, & conditionis seruilis.

DISPUTATIO DECIMA OCTAUA.

An error personæ, qualitatis, aut fortunæ dirimat matrimonium: & quo iure: & quando error qualitatis in personæ errorem redundet?

SVMMARYM.

Q Videtur inter ignorantiam, & errorem: & an verumq; dirimat matrimonium? Error personæ desiderat præuiam illius cognitionem, nu. 2. Error est quadruplex, nu. 5. Quid sit error, seu dolus, antecedens, concomitans, dans causam contractui, aut in ipso incidens, nu. 4. Error personæ dirimit matrimonium, nu. 5. Quid, si sit concomitans, nec dans causam contractui, nu. 6. Quid, si error sit crassissimus, nu. 7. Error qualitatis non dirimit matrimonium, nu. 8. An Ecclesia possit statuere vt is error dirimat, nu. 9. Quod duplex questio disputatur, nu. 10. An error personæ iure natura dirimat matrimonium? Refertur sententia negans, nu. 11. Contraria aut horis, nu. 12. Intiens matrimonium non tenetur dirigere consensum in presentem, sed in personam, quam putat esse, nu. 13. Non valet matrimonium inter infideles cum errore personæ, nu. 14. Ecclesia statuere nequit constare matrimonium cum hoc errore, nu. 15. Solumur argumenta, nu. 16. An error qualitatis, seu dolus antecedens, & dans causam matrimonio ineundo, id vitiet? Proponitur quedam sententia, nu. 17. Opinio aut horis, nu. 18. Quid, si tantus esset dolus, vt consensum auferret, nu. 19. An contrahens cum corrupta, quam virginem putat, teneatur consummare matrimonium? nu. 20. Quid, si error qualitatis contingat apposita qualitate per modum conditionis, siue actu, siue virtute, siue habitu, nu. 21. An Parochus assistens tali matrimonio, cogni-

ta deceptio circa qualitatem, incurras triennij suspensionem, nu. 22. Quid, si error qualitatis redundet in personæ errorem, nu. 23. Solumur argumenta, nu. 24. Quando error qualitatis redundet in personæ errorem? Refertur duplex regula, nu. 25. Quoties qualitas non determinat indiuiduum personam, est error qualitatis, vt sum filius regis, nu. 26. Si desinet indiuiduum, vt sum filius talis regis, est personæ, nu. 27. Quid, si nulla noticia illius personæ præcesserit, nu. 28. Quid, si femina scienti quæpiam multos habere filios, & neminem cognoscere, supponatur secundo genitus, tanquam primogenitus, nu. 29. Quid, si primogenitus iam obierit, nu. 30. Quid, si Rex plures habeat filios, & quis se illius filium simulet, vel si vnicum, id femininè lateat, nu. 31. An distet, num ea verba, sum filius regis, sumantur substantiue, an adiectiue, nu. 32. Quid, si animus erratis esset consentire in presentem, nu. 33. Quid, si persona fingens qualitatem illam, esset antea contrahenti nota, nu. 34. Quid, si diu de matrimonio ineundo conuenitur, velit contrahens sponse futuræ probritudinem inspicere: & alia supponatur, nu. 35. Quid, si quis dicat se esse vnicum regis Franciæ filium, cum ille habeat plures, nu. 36. An error nominis solius matrimonium vitiet, nu. 37. Summatim explicatur quando error qualitatis in personæ errorem redundet, nu. 38. **B** A tenus de impedimentis solum impedientibus matrimonium, verba fecimus. Iam impedimenta dirimentia aggredimur: quorum

rum numerus & sufficientia explicata sunt disput. 6. nu. 3. & sequenti. Initium autem summi nus ab impedimento erroris personae, & qualitatis: de quo in presenti: & in sequentibus de conditionis seruilis errore sermo erit. Et praemitenda sunt aliqua. Primum praemittendum est, ex. D. Thom. 4. d. 30. q. 1. ar. 1. ad 1. & Soro ibi. q. 1. ar. 1. initio corporis, ignorantiam differre ab errore, quod illa ex sua ratione nullam praemiam cognitionem desideret, sed sola scientiae negatione contenta sit: hic autem iudicium positum intellectus peruersum postulet: & ideo dicitur ignorantia praue dispositio: ubi autem non adest error, ignorantia praue negationis. Errare enim est, vni pro alio putare: teste D. August. in Enchirid. c. 2. r. & refertur in quibus. 22. q. 2. vt si me pro fratre lateat quantum hinc distet Roma, non dicar errare, vt pote qui nullum distanti conceptum formati: si vero existimarem centum leucas distare, cum quadringentas distet, errarem utique, falsum iudicium habens, vnde inquirunt. D. Thom. & Soro ibidem licet ignorantia instar erroris impediat consensum, efficiatque: ne actus sit voluntarius: nil enim volitum quin praecognitum: teste Philosopho. 3. de anima, c. 2. 39. ignorantia autem cognitionem prorsus tollit, sicut error veram: vnde quoad dirimendum matrimonium, non differat an dicatur ignorantiam, an errorem impedire: quia tamen nunquam contingit ignorantia quae voluntarium consensum auferat, nisi cum errore coniuncta sit: quod actus voluntatis praesupponat cognitionem rei in qua fertur, quae si vera sit, iam actus est voluntarius: si autem falsa, ac proinde reddit actum inuoluntarium, iam admiscetur error: ideo potius dicitur error impedire matrimonium, quam ignorantia. Quippe ille est causa proxima defectus voluntatis: & haec in quantum admixtum habet errorem.

Hinc inferitur, nunquam posse continere errorem personae absque aliquata illius personae notitia, ex visu, aut saltem auditu, & fama. Nam in penitus ignotum nec consensum, nec affectum dirigere possumus argumento ex. l. cum ab eo vers. mensam. ff. de contrah. empt. & l. in lege. 77. ff. eodem, vbi vendito fundo, lapidicinas penitus ignoratas in eo existentes, minime vendi dicitur: quod nemo venditioni rei ignota conuenire censetur. Et. l. tres fratres. 3. ff. de pactis. Et ita docet. D. Thom. & Soro nu. praecedenti allegati. D. Bonau.

4. d. 30. art. vnico. q. 1. ad vltimum. Hostiensis summa tit. de matrimonijs. §. qualiter impediatur num. 26. Hugo, & Laurentius, quos refert, & sequitur Archid. 29. q. 1. in summa nu. 7. & ibi Bellamera, nu. 3. Turres. ar. 4. nu. 5. Alexander de Neuo. c. 2. num. 6. de coniug. seru. & ibi Praepos. num. 4. q. 2. vers. dicit. Henricus ibi. num. 5. Monaldus summa, vbi de matrimonio tit. de errore persona, paulo post principium. Astenis summa. 2. p. lib. 8. tit. 1. 4. art. 1. q. 2. Ioannes de Friburgo in summa coessorum lib. 4. tit. 1. q. 4. Vitalis de Cambanis in tractatu clausularum, clausula, non errore ductus. §. ostenso de errore iudicij videndum est de errore qui in matrimonio committitur. nu. 2. (habetur tomo. 8. tractatum.) Rosella verb. impedimentum, impedimento. 2. in principio. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 4. nu. 3. Supplementum summae Pisanae verb. impedimentum, impedimento. 2. nu. vltimo. Sylu. matrimonium. 8. q. 1. dicto. 5. Tabiena. verb. impedimentum, impedimento. 1. q. 3. num. 4. Lex. 20. tit. 2. p. 4. & ibi Gregor. Lopez verb. sibo. Brunellus de sponsalibus, conclus. 32. num. 2. Alexander Carrerius lib. 4. de sponsalibus. c. 12. Nauar. summa. c. 2. nu. 322. Gaeta repeditione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 326. Ledesma. 1. p. 4. q. 53. artic. 1. dubio. 2. Antonius Cucus lib. 5. institutionum maiorum tit. 12. num. 46. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 10. nu. 22. commento, littera. I.

Secundo praemittendum est cum Magistro. 4. d. 30. cap. 1. quem omnes sequuntur, quadruplicem esse errorem, primum, personae, cum vna persona pro alia supponitur. Secundum, conditionis seruilis, cum contrahens liber existimat se contrahere cum libera, & est ancilla. Tertium, qualitatis, cum credit se contrahere cum pulchra, nobili, virgine, & est deformis, plebeia, corrupta. Vltimum, fortunae, cum putatur diues, & est pauper. Qui error potest dici qualitatis. Cum tunc in qualitate diuitiarum sola erretur.

Rursus, quicumque ex his erroribus est duplex, (sicut ait. D. Tho. 1. 2. q. 6. art. 8. de ipsa ignorantia) quidam est antecedens actum, nimirum, qui causam praebet actui faciendovi, ita vt eo non existente actus nequaquam fieret: atque ita efficit vt actus sit inuoluntarius. Cum nil volitum quin praecognitum. Alter vero est concomitans actum: qui, si licet non inducat ad volendum, sed ita concomitatur actum vt eo non existente actus

fieri.

fieri. Quare (vt ait D. Thom. ibi,) prior error inducit ad volendum, causaque est actus. Vt si quispiam per errorem, existimans feminam esse Regis filiam, illam ducat, minime daturus veritate cognita, erit error antecedens. Posterior vero non inducit ad volendum, sed accedit simul esse aliquid factum, & ignoratum. Vt si ille cognita veritate esset adhuc daturus. Et hic error (ait ibi D. Thom. cum Philosopho) non efficit inuoluntarium: quod non sit causa alicuius repugnantis voluntatis, immo amplectendi ab ipsamet voluntate, eo errore deficientis: quare per accidens habet ad actum: at efficit non voluntarium. Quia non potest esse actu volitum, quod ignoratum est. Priore errore, quando cum alicuius dolo contingit, appellat Iurispenitus, & eleganter. ff. de dolo, dolum dantem causam contraui: quod si is non adesset, contractus non iniretur: posteriorem autem, vocant incidentem in contractum. Quia eo detecto, adhuc contractus celebraretur, atque ideo non est causa.

In hac ergo disputatione certum est apud omnes, errorem personae antecedentem, id est, qui causa est vt matrimonium inear, alius non in eundem, dirimere ipsum. Quod is error auferat voluntarium. Atque latius probabitur num. 12.

Quando autem error personae est concomitans, quia contrahens cum Maria existimans esse Catharinam, ea voluntate affectus erat, vt cognitam Mariam a qua libenter, aut libentius duceret. Aliqui possent existimare, validum esse matrimonium. Quod is error non efficit inuoluntarium. (vt num. 4. diximus.) Et ita censent, qui affirmant errorem conditionis concomitantem non annullare matrimonium. Quos, & eorum rationes retulimus lib. 1. disp. 65. vbi ea opinione reiecta, contrariam tenuimus, & probauimus. Et ideo propter rationes ibi adductas, censco huiusmodi errorem irritari prorsus matrimonium. Quippe vt legitimum sit, necessarius est consensus, & voluntas positua. Error autem concomitans, quauis non efficiat actum esse inuoluntarium, efficit tamen non esse voluntarium. (vt probauimus num. 4.) Atque ita hanc sententiam tenent Ledesma. 2. p. 4. q. 53. art. 1. col. 2. §. sed difficultas est. Veracruz. 1. p. Speculi. ar. 28. ad finem. §. circa hoc impedimentum. Bartholomaeus a Ledesma de matrimonio, dubio. 30. concl. 2.

Petrus de Ledesma de matrim. q. 51. art. 2. dubio. 2. conclusione vnica in fine primae rationis. Immo quauis tempore iniri contractus matrimonij hunc actum eliceret, ducerem, si nossem hanc esse Mariam, non valeret matrimonium. Vt in ignorantia concomitanti conditionis seruilis, tradunt Sotus. 4. d. 35. q. vnica, ar. 1. columna. 3. vers. Quod autem, Bartholomaeus a Ledesma de matrim. dubio. 31. columna. 2. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. de matrim. ca. 47. vbi de impedimento conditionis, col. 3. dicentes desiderari hunc actum, Dico te, quauis sis alia persona. Matrimonium enim consensum de presenti postulat: qualis minime clauditur in eo consensu conditionali, ducerem, si scirem.

Temperaret haec forsitan aliquis, vbi error, seu dolo esset iustus, & qui prudentissimè falleret, secus si esset fatuus, seu crassissimus. Posset duci, quod quando est error conditionis seruilis, sic temperent Doctores non penitendi. (vt disp. sequenti. 19. videbimus.) Et in professione religionis temperant multi, dicentes dolo factio effectam valere, secus dolo qui prudentissimum quemque falleret: quos, & eorum rationes reseram lib. 11. disp. 9. nu. 19. & 22. Ceterum quantumuis fatuus, & crassus sit error, credo eum satis esse ad dirimendum matrimonium, quando circa personam contingit. Quod re veras auferat consensum directum in hanc personam, qui omnino ad matrimonij valorem desideratur. Atque ita eam distinctionem circa professionem reprobo, soluens argumenta, & Doctores illius explicans, lib. 11. disp. 9. nu. 20. & duplici sequenti: & circa errorem conditionis reprobo disp. sequenti, num. 20.

Secundo, certum est etiam apud omnes, errore qualitatis, & fortunae, minime vitari matrimonium. Quod is circa circumstantiam matrimonij non contingat, sed circa accidentia. Et id numer. 18. latius est probandum.

Posset tamen Pontifex causa iusta ductus, statuere, vt is error matrimonium dirimat: sicut potest alia impedimenta dirimentia incidere. Et ita docent glossa. 29. q. 1. in summa, verb. quod autem. Palud. 4. d. 36. q. 1. ar. 1. n. 8. supplementum Gabrielis. 4. d. 30. q. 1. ar. 2. conclusione. §. Astenis summa. 2. par. libr. 8. tit. 15. art. 1. q. 1. fine. Monaldus summa, vbi de matrimonio. tit. de impedimento conditionis, fine. D. Anton. 3. p. tit. 1. cap. 3. sine. Gaeta repeti-

tione

tione. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 322. Vera cruz. 1. p. specul. ar. 29. conclus. 2.

10 Triplex autem questio disputanda est. Prima, an error personæ dirimat iure naturæ matrimonium? Secunda, an error qualitatis, siue dolus antecedens, qui dat causam matrimonio in eundem, ipsum vitiet? Tertia, an error qualitatis aliquando refundatur in errorem personæ, ita ut matrimonium dirimat?

11 Questio prima. An error personæ dirimat iure naturæ matrimonium? glossa. 29. quest. 1. in summa verb. quod autem, affirmat solo iure Ecclesiastico: ac proinde integrum esse Pontifici statueret, ut si error non dirimat. Probaturque primò, quòd cætera sacramenta non sint irrita ex personæ errore, ut si quis baptizet, confirmet, vngat, absoluat, sacris ordinibus initiet Petrum, existimans esse Ioannem, valent hæc sacramenta. Differentia ergo hæc inter matrimonium, & cætera sacramenta, ut illud solum sit irritum ex personæ errore, habetur ex solo iure Ecclesiastico. Secundo, quia Genesis. 27. dum Isaac benedixit filio suo Iacob existimans esse Esau, errauit in persona, & tamen fuit valida benedictio: vt constat ex litteræ contextu, ibi: *Benedixitque ei, & eris benedictus*. Tertio, quia error personæ cæteros contractus minimè vitiat, siue sit error circa personam cum qua contrahitur: vt si vendat rem Petro existimans illum esse Paulum: vel circa rem venditam, vt si venditor emptorè decipiat, dicēs esse fericum Granatense, cum tamen sit Gienensis: vtrumque sit æquè bonum, ac vtile.

12 Ceterum omnino dicendum est, iure naturæ dirimere. Quippe error libertatem, & consensum aufert. I. si per errorem. ff. de iurisd. omn. iud. & errantis nullus est consensus, nec voluntas. I. cum testamētum, & I. nõ idcirco. C. de iuris, & facti ignor. At matrimonium absque consensu est iure naturæ irritum. Secundo, quòd sit error circa substantialia, nẽpe, circa corpora tradita: quòd ad matrimonij essentiam pertinet. Tertio, id ostendit discrimen inter matrimonium, & reliqua sacramenta. Illud enim indiuiduas personarum contrahentiũ conditiones respicit: & iuxta illas determinatur consensus. Cũ hæc conditiones per se, & suapte natura conferant ad indiuiduam vitæ consuetudinẽ inter coniuges retinendã: in quo consistit matrimonij essentia: iuxta definitionem matrimonij traditam, lib. 2. disput. 1. In cæteris autẽ sacramentis non spectantur con-

ditiones indiuiduæ recipientium, ut pote quæ nil conferunt ad sacramenti finem, ac proinde per accidens se habent ad intentionem ministrũ vt applicantis tale sacramentum. Ergo error in persona cui cætera ministrantur sacramenta, ipsorum valorem non tollit, quasi error circa accidentalitã: secus autem in matrimonio, in quo is error circa substantialia versatur. Tandem id probatur ex differentia inter matrimonium, & cæteros contractus. Quòd iustitia commutatiua, ad quam cæteri contractus pertinet, qui onerosi sunt, vt emptio, & venditio, solum æqualitatem inter rem & pretium, & rei venalis usum, ac commoditatem respiciat, atque ita abs re illorum sit, erretur nec ne in persona vendente, vel cui venditur, vel in qualitate rei venditæ, dummodo æqualitas pretij, idem usus, & commoditas seruentur. Quare talis error eos contractus minimè vitiat. Matrimonij autem contractus per se primò respicit indiuiduas personas mutuam corporum traditionem præstantes: ut pote quæ ad eius substantiam valde conferunt: vt proxime probauimus. Vnde fit, vt in eo error personæ sit circa substantialia, ac subinde ipsum iure naturæ dirimat. Et ideo huius sententiæ sunt Hostiensis, summa tit. de matrimonij num. 26. Alexander de Neuo. cap. 2. num. 9. de coniug. serutor. & ibi Calder. & Zochus, quos refert, & sequitur Præpositus. libi num. 4. quest. 1. Henricus ibi numer. 4. & 5. Palud. 4. d. 36. quest. 1. art. 1. nu. 8. & d. 30. quest. 1. art. 1. nu. 5. vbi Supplementum Gabriels. q. 1. artic. 2. conclus. 2. Astenensis summa. 2. par. lib. 8. tit. 16. art. 1. q. 1. fine. Monaldus summa, vbi de matrimon. tit. de impedimento conditionis, fin. Ioannes de Friburgo summa cõfessorum, lib. 4. tit. 3. q. 4. D. Anto. 3. p. tit. 1. c. 2. §. 1. Rosella verb. impedimentum, impedimẽto. 2. in principio, vbi Tabiena impedim. 2. q. 2. nu. 3. Syl. matrimonium. 6. q. 1. vers. error personæ. Brunellus de sponsalibus, concl. 32. nu. 2. Vitalis de Cambonis tract. clausularum, clausula, non errore ductus. §. offensus de errore iudicij, videndum est de errore qui in matrimonio committitur num. 2. & 4. (habetur tomo. 18. tractatum.) Victoria summa, vbi de matrim. nu. 270. Sotus. 4. d. 30. q. 1. art. 1. conclusionẽ. 1. fine. Ledesma 2. p. 4. q. 13. art. 1. paulò post principium. Veracruz. 1. p. specul. ar. 29. paulò post principium, conclus. 2. Gaeta repetitio. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. n. 321. 322. 328. Ouandus

14. d. 30. disp. vnica, propositione. 3. in fine. Enriquez lib. 11. de matrim. c. 10. num. 3. & lib. 12. c. 4. num. 1. Petrus de Ledesma de matrim. q. 5. 1. ar. 2. dubio. 2. concl. vnica. Viualdus candelabro Sacram. 1. p. de matrim. nu. 127. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 30. conclus. 1. Ludouicus Lopez. 2. p. instruct. de matrim. cap. 47. vbi de impedimento conditionis, col. 8. vers. postremò autem.

13 Hinc infertur discrimen inter matrimonium, & reliqua sacramenta, quoad intentionem legitimè à ministro habendam. In reliquis enim sacramentis tenetur minister non coarctare intentionem ad personam quam coram se altare putat, sed ministrare præsentem, quicunq; ille sit: at in matrimonio contrahentes qui ministri sunt, ad id minime astringuntur, sed limitatam intentionem contrahendi cum illa quam esse existimant, possunt habere. Cuius differentie ratio est, ea quam nu. præcedenti, in 2. ratione assignauimus. Et ita docet Petrus de Ledesma de matrim. q. 5. art. 2. dubio. 2. in solutione ad. 1. & 2. argumentum.

14 Secundo infertur, non valere inter infideles matrimonium initum cum errore personæ. Constat, quòd non valeat inter ipsos matrimonium cum impedimento iuris naturalis. c. gaudemus, de diuort. Quale est hoc. Ita Veracruz. 1. p. specul. ar. 29. paulò post principium, ante. 1. conclusionem.

15 Tertio infertur, non posse Ecclesiam statuere, ne error personæ dirimat matrimonium. Quia nequit efficere, vt absque consensu matrimonium consistat, quæ error personæ tollit. Sic contra glossam num. 11. allegatam, docent Calder. Zochus, Alexander de Neuo, Præpositus, Henricus, Astenfis, Ioannes de Friburgo, Paludanus, Supplementum Gabriels, Monaldus D. Antonius, Veracruz, Gaeta, Ouandus vbi eos. n. 12. retuli.

16 Ad argumenta nu. 11. proposita responderetur. Ad primũ & 3. constat ex dictis nu. 12. vbi constitimus differentiam inter matrimonium, & reliqua sacramenta, atque alios contractus. Ad secundũ dic cum Abulense in id. c. 27. Genesis. q. 7. & ibi Honcala, & communi sententia, mentem Isaac fuisse dirigere benedictionem ad filium præsentem, vteruis ex illis esset. Vel dic cum D. Aug. lib. 16. de Ciui. Dei. cap. 37. in fine. D. Theodoret. q. 79. in Genesis, Andrea Masfio in illa verba Iosue. 9. *Et non percuesserunt eos*, illam benedictionem fuisse initio inua-

lidam ob personæ errorem, at fortitiam valorem ex confirmatione illius postea secuta, quòd diuina inspiratione intellexerit Isaac, eam fuisse diuinam voluntatem.

17 Questio secunda. An error qualitatis, seu dolus antecedens, nempe, qui in eundem matrimonio causam præbet, aliàs non in eundem, illud dirimat? Affirmat quidam in foro conscientie: id matrimonium irritum esse: secus in foro externo. Ducuntur primũ quòd contractus bonæ fidei ex dolo ipsius causam præbente initi, sint ipso iure nulli. l. & eleganter in principio. ff. de dolo: & id quidem defectu libertatis consensus. Nil autem est, quòd ita consensum postulet, ac matrimonium. c. cum locum, de sponsal. Secundo quia error cuiusuis circumstantie tollit voluntarium: teste Arist. 3. Ethicorũ c. 3. Tertio, quia cum voluntas sequatur apprehensionem intellectus, tanquam ducẽ, eo ipso quòd intellectus apprehendit hanc sceminam, vt virginem, vel nobilem, voluntas non consentit in illam, nisi sub tali qualitate cognitam, existenti igitur illius qualitate errore, cessabit consensus, ac proinde matrimonium irritum erit. Tandẽ, quia si quis sicca paupertate elemosinas extorqueat, non acquirit dominium defectu consensus in conferente. Ergo nec dominium corporis sibi traditi per matrimonium, quòd sicca aliqua qualitate extorquetur, & cognita veritate tradendum non erat. Et confirmatur, quia votum tali errore emissum non esset validum. Ita sentiunt Præpositus. c. vltimo, in fine, de coniug. leproforũ. Metina de restitutione. q. 33. paulò post principium, vers. quibus præmissis. Et dubius manet cogitandum relinquens Euerardus in suis topicis, loco à matrimonio spiritali ad carnale. n. 2.

18 Cæterum verissima sententia habet id matrimonium minimè irritari. Quòd is error seu dolus non efficit matrimonium inuoluntarium, sicut nec professionem religionis: quanius fecus esset in voto simplici, & sponsalibus, ac alijs cõtractibus. Quòd latè probabo disparitatis rationem reddẽs lib. 11. disp. 9. nu. 20. Secundũ, quia: c. cum in apostolica, de sponsal. deciditur matrimonium non irritari ex mendacio, & subreptione ad ipsum inducentibus, vt exponunt ibi Anton. nu. 3. Abbas nu. 2. Præpositus nu. 2. Alexander de Neuo. nu. 3. Tertium, quia licet omnis error sit causa inuoluntarij: at non omnis efficit inuoluntariũ simpliciter, sed is solus, qui est circa quali-

tatem per se, & ex natura rei requisitam ad ipsius contractus essentiam: at dum qualitas se habet per accidens, solum inuoluntarium secundum quid confurgit. Et ratio huius est. Quippe cum nil sit volitum, quin per cognitionem, quando error est in apprehensione rei non necessariam ad essentiam contractus, ipsiusque finem, sed in accidenti quodam, efficitur ut contractus sit quoad essentiam voluntarius, ac proinde talis simpliciter, inuoluntarius autem secundum quid, & quantum ad accidens illud, in quo verificatur error. Et confirmatur, quia contractus stricti iuris inchoati ex dolo dante illis causam, valent; quod causa in qua erratur, sit extra ipsorum naturam (vt probauit lib. 4. disp. 8. n. 10. in solutione ad 5.). Cum igitur error qualitatis contingat circa accidentia matrimonio, non illud vitabit. Tandem, quia nulla ratione fulcitur discretia in hoc, fori contentiosi, & conscientie. Cum iudicium hoc, quo illud matrimonium decernitur validum, non innitatur presumptioni, sed veritate consensu cognita, idem decerneret forum externum. In quo euentu vtrumque forum idem iudicat, (vt probauit lib. 1. dif. 5. n. 20.) Et ideo sententiam hanc amplectitur glossa. l. 1. ad dno Pio. 58. verb. actionem. ff. de ritu nupt. quam singularem reputat Baldus. l. 1. numer. 5. sine. C. plus valere. Et glossa cap. finali, in fine, 20. q. 3. & c. cum dilectus, verb. ad fatuitatem, de his que vi. Et ibi Abbas. nu. 13. Immo num. 8. sine. Idem Abbas. c. cum dilecti. n. 7. de empr. & vendit. Et ibi additionator littera D. Baldus. l. cum Archimedoram. n. 10. c. vt in possessione legatorum. Et rubrica de iudicijs, lectura. 1. num. 7. Iason in lit. de action. 5. actionum, num. 38. Curtius iunior. l. interpretas. n. 4. C. de transact. & repetitione eiusdem. l. num. 7. verfi. fallit primò. Ioannes Lupus c. per veltras, de donat. inter vir. & vxor. notabili. 3. in principio. nu. 2. verfi. & per ista. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 4. n. 1. Sylu. matrimonium. 8. q. 1. sine. Marcus Mantuanus singulari. 316. Crotus repetitione. cap. in ciuitate. n. 20. de vsuris. Rebuffus praxi beneficiorum, vbi de causis resignationem irritantibus, & primò de dolo, num. 8. & 9. Remigius tractatu de immunitate Eccles. fallentia. 26. numer. 4. verfi. ite ad prædicta. Gomez Arias. l. 62. Tauri, num. 15. & 16. Loazes in tractatu matrimonij Regum Anglia, dub. 8. n. 37. Sotus. 4. d. 35. q. vnica, art. 2. columna. 4.

verfi. adhuc. Couar. 4. decretalium. 2. p. c. 3. §. 7. num. 3. & lib. 1. variar. cap. 5. nu. 1. Perez lib. 5. ordinamenti, tit. 1. l. 1. folio. 15. §. dubitatur vtrum matrimonium dolo contractum. Flaminius de sign. benef. lib. 13. q. 3. num. 11. Valentia. 2. 2. disp. 5. q. 20. puncto. 4. §. secundò probatur conclusio. Molina dicens se mirari, Ioannem à Merina num. præcedenti allegatum, sensisse contrarium, tomo. 2. de iust. tractatu. 2. disput. 352. paulò ante secundam conclusionem. §. illud est obseruandum: & disp. 259. §. illud postremò. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio. 30. conclusione. 3. Ludouicus Lopez. 2. par. infruct. de matrim. c. 47. vbi de impedimento conditionis, column. 9. verfi. quibus adde: & lib. 1. de contractibus. c. 43. in probatione tertiæ conclusionis, & in solutione ad 3. Petrus de Ledesma de matrim. q. 1. ar. 2. dubio. 3. paulò ante 2. concluf. Antonius Cucus libr. 5. institutionum maiorum, tit. 12. num. 2. 12.

Temperant hoc quidam, nisi tantus esset dolus, vt consensum auferret: tunc enim irritaret matrimonium. Ita Abbas. c. cum dilectus. n. 13. de his que vi. Curtius repetitione. l. interpositas. n. 7. verfi. fallit primò. C. de transact. Additionator ad Abbatem, Angelus, Syluester, Perez, n. precedenti allegati. Sed fateor me non capere limitationem hanc, & ideo existimo eam non esse necessariam. Quòd cum dolus iste circa solam qualitatem, manente illa materia matrimonij substantia, sit semper circa quoddam matrimonij accidens, nunquam potest tantus esse, vt consensum auferat, sed quatenuscumque sit, auferet consensum circa illud accidens, manente legitimo consensu circa matrimonij substantiam, (vt num. præcedenti dicebam,) quoad eius valorem sufficit.

Alij aiunt hunc errorem, licet non irritet matrimonium, aliquando tamen efficere, vt coniux illud minimè consummare teneatur. Vt si quispiam ducat seminam, credens eam esse virginem, cognito ante consummationem defectu integritatis, non est cogendus consummare. Quia fiet bigamus. Ita Viualdus candelabro Sacramentorum. 1. p. de matrim. num. 118. refert pro se Hugonem. c. raptor. 17. q. 2. & Syluestrum matrimonium. 8. q. 1. dicto. 3. sed verterque de sola sponsa de futuro loquitur; & de eadem loquuntur supplementum summa Pifana, verb. impedimentum, impedimento. 2. n. 1. Sotus. 4. d. 30. q. 1. artic. 1.

column. 4. verfi. error fortunæ, Ludouicus Lopez. 2. par. infruct. de matrim. cap. 47. column. 3. notabili. 1. Petrus de Ledesma de matrim. q. 5. artic. 2. dubio. 3. post. 2. conclusionem. §. aduertendum est etiam: & optimè dicunt sufficiens enim is error est, vt sponsalia dissoluant. At semel matrimonio inito, non erit sufficiens diuortij etiã quoad torum causa: sed compelletur vir consummare, nisi ad religionem transeat. Causa enim diuortij solæ sunt, adulterium corporale, aut spirituale, aut facultas alterius coniugis, & hæc non est causa perpetui diuortij, vt toto lib. 11. vbi de diuortio erit sermo, & ostendemas.

Id tamen fatebor, nimirum, si qualitas in qua erratur, apponatur per modum conditionis in ipso contractu, quando, scilicet, matrimonium inicit, siue verbis exprimitur, siue mente contrahentis retenta sit, irritari matrimonium, vt si contrahens eam ad sui intentionem haberet, duco hanc, si diues, aut nobilis sit: tunc enim deficiente ea qualitate, deficit conditio, & subinde consensus sub illa præstitus. atq; ita matrimonium erit nullum. Condicio enim honesta est, Ita D. Bona. 4. d. 30. in expositione litteræ nu. 4. Palud. lib. 4. q. 2. ar. 2. num. 9. concl. 2. D. Anton. 3. par. tit. c. 2. fin. Sotus, & Ludouicus Lopez, Petrus de Ledesma nu. precedenti allegati. Bartholomæus à Ledesma de matrimonio, dubio. 30. concl. 31. & omnes. Desideratur tamen vt ea intentio apponatur talis conditionem sit actualis, aut virtualis: nimirum, vt contrahens habeat tunc illam actum, vel virtutem, quia antea habuit, nec per contrarium actum reuocata est. Hæc enim intentio, sicut sufficit ad constituendum matrimonium, si affirmatiua sit: ita ad dissoluen dum, quando est negatiua. Non verò sufficit intentio habitualis. Quare validum esset matrimonium, licet in hac habituali dispositione esset, vt absteret matrimonio illo, si non esset foemina esse corruptam, aut ignobilem (vt nu. 18. probauimus). Sicut enim ea intentio habitualis, quando est affirmatiua, non satis est ad verum matrimonium, vbi defisset error personæ, aut conditionis, qui dirimentes sunt (vt num. 6. dixi:) ita non satis est ad illud irritandū, quando est negatiua, existit enim errore solius qualitatis, qui matrimonium minimè vitiat.

Quantus autem error hie qualitatis dans causam matrimonio inchoato, id minimè dirimat: ac Parochus assensit et matrimonio,

consensu doli, ad voluntatis contrahentis, qui veritate cognita non contraheret, incurreret triennij suspensionem. c. finalis. de clandest. de spons. Quòd dolo se sitat interdicto matrimonio. Ita Maiolus lib. 3. de irregularitate capir. 25. num. 14. vbi de impedimento erroris. Sed illi non fidem habeo. Quia cap. illud finale. §. vltimo, dum imponit triennij suspensionem Parocho assensenti matrimonio interdicto, non loquitur de quocunq; matrimonio, in quo aliqua culpa interuenit, sed de solo interdicto à iure, vel à iudice (vt probauit lib. 3. disput. 48. num. 5.) At in hoc casu nulla iuris, aut iudicis prohibitio adest.

Demum, si error qualitatis in errore personæ redundet, sicutur omnes cum D. Thom. 4. d. 30. q. 1. ar. 2. ad 6. dirimi eo matrimonium. Quòd tunc sit versus personam error: Quando autem id contingat, dicemus nu. 25. & sequentibus.

Ad argumenta nu. 17. proposita. Ad primū dic non esse irritos defectu consensu, sed alia ratione, vt probauit lib. 4. disp. 8. n. 10. in solutione ad 5. & esto e ratione essentirriti, at in matrimonio non censetur deficere consensus (vt probabo tradēs differentia rationem, lib. 11. disput. 9. n. 20.) Ad secundū dic eum errorem efficere inuoluntarium secundū quid, vt probauit, nu. 18. Ad tertium distinguendum esse antecedens, non essentia in illa nisi sub tali qualitate cognita, si loquamur de consensu omnibus modis voluntario, admittendū est: vt enim is actus sit omnino voluntarius, desideratur ne etiã in circumstantia sit error. Si vero loquamur de voluntario simpliciter, cui admixtum est inuoluntariū secundū quid, negandum est ferri consensum in personam sub illa qualitate cognitam, vt error in qualitate sola tollat voluntarium simpliciter, vt nu. 18. explicui. Ad vltimum dic e quidquid sit de veritate illius antecedentis, non enim minima est difficultas) longè diffiparem esse rationem. Quòd is error in elemosyna sit: circa illius substantiam. Nam misericordia, cuius actus est largitio elemosynæ, respicit per se, & suapte natura pertinet illius, cui erogatur: At error solius qualitatis in matrimonio respicit quoddam accidens, nec circa substantiam verificatur. Ad confirmationem dic esse discretiua inter votum simplex, & sponsalia ex vna parte, & professionem, ac matrimonium ex altera, quam tradam lib. 11. disput. 9. numer. 20.

25 Quæstio vltima. Quædo error qualitatis redundet in errorem personæ, ita vt tunc verè circa personam erretur, ac proinde matrimonium sit nullum? Questio est maximi momenti, ac difficillima. Quidam eam regulam tradunt. Si consensus contrahentis feratur in personam sibi præsentem, directè, & formaliter, error in nobilitate, vel alia ipsius qualitate, nõ redudat in errorem personæ irritantem matrimonium: Si verò feratur directè, & formaliter in personam, cui illa qualitas inest, vt in filium regis, ac materialiter, & indirectè in personam præsentem, quatenus existimatur filius regis: error erit personæ, matrimonium irritans. Hanc tradunt D. Thom. 4. dist. 30. quest. 1. art. 2. ad 5. Albericus in suo dictionario, littera. I. verb. impedimentum 2. sine. Abulen. c. 27. Genesis. q. 7. fin. Sylu. matrimonium 8. q. 1. dicto. 4. Rosell. verb. impedimentum, impedimento 2. in principio, & ibi Supplementum summæ Pisanæ, impedimento 2. nu. vltim. Tabiena ibi, impedimento. 1. q. 3. nu. 4. Sotus. 4. dist. 30. q. 1. art. 1. paulò ante solutionem ad argumenta, verb. respondeatur. Ledesma. 2. p. 4. q. 53. ar. 1. ad fin. Viguerius lib. institutionum c. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 1. Perrus de Ledesma de matrim. q. 51. ar. 2. dubio 3. post. 2. conclusionè vers. 4. cuius expositionem. Philarius de officio sacerdotis, tom. 1. p. 2. lib. 2. c. 5. impedimento. 1. Ludouicus Lopez 2. p. instrutorij, de matrim. c. 47. vbi de impedimento erroris, ad finem. Bartholomæus à Ledesma de matrim. dubio, 30. post. 3. conclusionem. Manuel. 1. tomo summæ. 2. edition. c. 223. concl. 2. numer. 2. Alij tradunt aliam regulam quæ ferè in idè recidit. Si erretur circa subiecti qualitatis, vt nobilitatis, est error personæ, secus si erretur circa ipsam qualitatem. Ita Ricardus. 4. d. 30. artic. 1. q. 2. ad. 1. Rainerus 2. p. summæ tit. de matrim. c. 14. D. Anton. 3. par. tit. 1. c. ad finè Alexander Carrerius de sponfalibus, lib. 4. cap. 13. Vtraq; regula verissimè est, non tamen exhaurit difficultatem: quæ eò pertinet, vt declaratur quando intentio errantis circa qualitatem, censetur directè ferri in qualitatem, atq; ita sit solius qualitatis error: quando autem in personam, ac subinde sit personæ error, matrimonium dirimens. De feratur igitur specialior regula, quæ difficultatem hanc enodet. Quod Deo duce, vt assequi poterò, ex Doctoribus colligens, duplici regula explicabo.

26 Prior regula sit. Quoties qualitas in qua

erratur, non determinat indiuiduam personam, non est error personæ, sed solius qualitatis, vt si quis se filium, aut primogenitum regis fingat, minime explicans cuius regis filius sit, femina illi nubens, eo errore ducta, in sola qualitate errat, & idè valet matrimonium. Ratio est aperta, quòd persona sit intellectualis naturæ indiuidua substantia: teste Boetio, quem refert, ac sequitur D. Th. 1. p. q. 29. ar. 1. corpore, & ad primū. Error ergo personæ debet esse circa quid indiuiduum. Deinde, quòd cum cogitatio, & apprehensio intellectus errantis non sit circa peculiarem personam, consensus nõ sequitur errorem illum, vt feratur in personam se in genere apprehensam, sed est in personam illam indiuiduam præsentem apprehensam cum eo qualitatis errore. Consensus enim coniugalis inftar aliorum contrahentes amat. Atque ita docent. D. Bonauen. Hostiensis, Asten. Ioannes de Triburgo, Rosella, Sylu. Supplementum summæ Pisanæ, Tabiena, Vitalis de Cambanis, Turrecremata, Gaeta, Nauarrus, Antonius Cucus, quos numer. 2. retuli. Lex regia. 10. tit. 2. par. 4. & ibi Gregor. Lopez verb. filio. Angelus matrimonium 4. impedimento. 4. numer. 3. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica. gloss. 1. numer. 106. Palacius 4. dist. 30. disput. vnica. columna. 15. vers. his tamen interim missis. Toledo lib. 7. summæ c. 3. nu. 2. dict. 3. Ludouicus Lopez. 2. p. instrutorij, de matrim. c. 47. vbi de impedimento erroris, in fine. Vivaldus candelabro sacrament. 1. p. de matrimonio num 17.

27 Posterior regula. Si qualitas illa, in qua erratur, designat indiuiduam personam, tunc error circa qualitatem refunditur in personam errorem, ac matrimonium dirimit, vt si ille mentiatur dicens se esse filium talis regis, vt Franciæ. Quia cum apprehensio intellectus consentium voluntatis quasi manu ducat, in id tendit cõsentus, quòd apprehensio illa ducens proponit voluntati. Cũ igitur tunc temporis persona indiuidua apprehensa ab intellectu, media illa qualitate qua indicatur, voluntati proponatur, consensus directè, & formaliter in personam illam apprehensam tendit, ac proinde error circa illa, est error circa personam. Et confirmatur, nil enim refert, siue nomine proprio quis exprimat, siue aliquo signo, quò persona determinata notetur, vt constat ex capit. licet ex quadam, de re libris, & attest.

vers.

vers. testes, & l. si in rem aliquis. 6. ff. de rei vendic. Et ita docent. D. Bonauen. Hostiens. Asten. Ioannes de Friburgo, Rosella, Sylu. Supplementum summæ Pisanæ, Tabiena, Vitalis de Cambanis, Turrec. Gregor. Lopez, Nauarrus, Gaeta, Matienço, Palacios, Antonius Cucus, Toledo, Vivald. nu. 116. quos nu. præcedenti allegaui.

28 Hæc tamen posterior regula est primò tẽperanda, vt intelligatur, si errans notitiam prius habuerit ex fama, visu, vel auditu, personæ illius indiuiduæ circa quæ errat, putans se eũ illa contrahere. Vergi gratia, si habeat notitiam regis Franciæ, vel ipsius filij, quæ alter contrahens se simulat. Ducuntur, q. vt nu. 2. probauimus nequeat circa personam prorsus ignota errari. Ita D. Bon. Host. Asten. Ioan. de Friburg. Rosella, Syl. Supplementum Pisanæ, Tabiena, Vitalis de Cambanis, Archid. Bellamera, Henricus, Monald. Turrec. Gaeta, Naur. Antonius Cucus, Greg. Lopez quos n. 2. retuli. Imò nõ posse errari in hac persona, nisi expressè cognoscatur ab errati, docet Ledes. 2. p. 4. q. 53. ar. 1. dubio. 4. Enriquez lib. 11. de matr. c. 10. n. 2. in cõmento, littera. I. At hæc moderatio minime placet, & iure optimo illa non adhibent Palacios, Toledo, Vivald. n. præcedenti allegati, sed absolutè, & indistinctè tradit regulam. Et expressè eam præuim notitiã minime desiderari, docet gloss. 29. q. 1. in summa verb. quod autem. Quippe satis est ea notitia personæ cũ qua initur matrimonium, quæ concipitur eo tempore, quo de matrimonio contrahèdo conuenitur, vt circa illam possit errari: & parum videtur ad id referre, an antea, an postius tunc habita sit notitia: si quidem in vtroque euentu habetur iam ante matrimonium. Intellectus enim apprehendit eo modo quo sensus repræsentant obiectum: & proinde si tempore quo præstatur consensus, repræsentat sensus vt talis regis filium, ita apprehendit intellectus, ac voluntatem ducit, vt in personam illa indiuidua filij talis regis consentiat. Deinde, in omni sensu alij actibus, vt conceptum erroneum formem, satis est notitia falsa concepta eo tempore, quo actus fit, vt si quis volens inire contractum: cuius honestatis nullam apprehensionem habuerat, decipiatur ab aliquo dicenti eum esse licitum, cum tamen sit vsurarius: errat quidem in eo contractu ob falsam notitiam tunc conceptam, quæ antea nullam habuerit, sed prorsus ignorari, sit licitus, nec ne.

29 Hinc inferitur, non esse credendum Hugoni. 29. q. 1. in principio, Asten. 2. p. summa, lib. 8. tit. 1. 4. ar. 1. q. 4. Ioanni de Friburgo in summa confessionum, lib. 4. tit. 3. q. 6. Monaldo summa, vbi de matr. tit. de errore personæ, paulò ante finem, vbi dicitur, non esse errorem personæ, sed qualitatis, si femina scienti quæpiam multos habere filios, quorũ nullus est sibi notus, aliquis eorum mentiatur dicens se esse illius primogenitum. Quia non datur error personæ absque præuia illius cognitione. Sed illis non est habenda fides. Quòd ad errandum satis sit ea notitia tunc habita, verè enim femina errore ducta illi nubit, existimans esse personam illius filij primogeniti, quam apprehendit, & in maritum eligit. Sic glossa 29. q. 1. in summa verb. quod autem. Calderinus cap. 2. de coniug. seru. Angelus matrimonium. 3. impedimento. 4. nu. 3. Supplementum summæ Pisanæ verb. impedimentum, impedimento. 2. num. 2. vbi Tabiena impedimento. 1. q. 3. nu. 4. Gregorius Lopez. 1. 10. verb. de vineis, tit. 2. p. 4. Matienço lib. 5. recopil. tit. 1. rubrica, gloss. 1. nu. 154. & ita est tenendum.

30 Nec refert, si primogenitus ille cui conuenitum erat feminam nupturam, sit post conuenientem vita functus, ac secundò genitus qui tunc primogenitus est, supponatur famina ignoranti: erit enim error personæ. Quia consensus feratur in priorẽ quo pactum ininitum fuerat, qui qualitate illa primogeniture tempore pacti indicabatur. Nec minus est error personæ, quamuis persona circa quam erratur, iam obierit, vt bene tradunt gloss. 29. q. 1. in summa verb. putatur Asten. 2. p. summæ, lib. 8. tit. 1. q. 1. q. 3. Ioannes de Friburgo summa cõfessionum, lib. 4. tit. 1. q. 3, Monald. summa, vbi de matrim. tit. de errore personæ, paulò ante finem. Syl. matrim. 8. q. 1. dicto. 7. Rosella verb. impedimentum, impedimento. 2. n. 1. Atq; in nostris proprijs terminis, docent Sotus. 4. d. 30. q. 1. ar. 1. paulò ante solutionem ad argumenta vers. respondeatur. Ledesma. 2. p. 4. q. 53. ar. 1. dubio. 4. Ludouicus Lopez. 2. p. instr. de matrim. cap. 47. vbi de impedimento erroris, ad finem. Bartholomæus à Ledesma de matrimonio, dubio. 30. post. 3. conclusionem. Manuel. 1. tomo summæ. 2. edition. c. 223. conclus. 2. nu. 2. Vega. 2. tomo summæ. c. 34. casu. 116.

31 Secundò temperatur regula, quando ea qualitas in qua est error, ita designat indiuiduam, ac præscripta personam, vt media

I 2 illa

illa apprehensione cōsensu voluntatis determinetur ad certam, & singulare personā. Si enim adhuc vaga, & confusa maneret apprehensio, est error qualitatis, vt si quisquam se simulat filiū regis Franciæ, qui vel multos habet filios, vel vñ vicū habeat, latet contrahentē, nū vnū, an plures habeat, est qualitatis error, secus si diceret se esse primogenitū, aut secūdō genitum, vel vnicū regis filiū: tunc enim esset error personæ. Quōd in priori casu, cū certa, ac indiuidua persona nō denotetur, sed qualitas illa in multis reperiri possit, perinde est, ac si persona indiuidua minimē indicaretur. Cū illa nota nō sit circūlocutio expressa æquivalens indiuiduæ personæ. Atq; ita locū habet prior regula tradens esse tūc qualitatis errorē. In posteriori autē, describit omnino certa, & indiuidua persona, atq; proinde procedit posterior regula docēs esse personæ errorē. Sed displicet, quia cū determinetur pater, nō est singulare omnino vagū: iuxta ea quæ dicam nu. 35. sine, & sic est error personæ, si non sit illius supponatur.

32 Tertio tēperatur, vt intelligatur regula, quādo ea verba, sum filius talis regis, vsurpantur substantiue: nimirū, vt eū sensum efficiat, sum ille qui est filius talis regis. Tūc enim si talis nō sit, errabitur in persona: secus si sumatur adiectiue, vt is sit sēsus, sum generatus à rege: erit quippe error qualitatis. Sic Archid. Bellemera, Henric. Monal. n. 2. allegat. Brunel. de sponsal. conclus. 32. n. 2. Sed hæc limitatio displicet. Tū, quōd metaphysica valde sit, & vix rei morali deservire possit: numquā enim quantūvis re hæc discussa costare poterit, vtro in se fuerit illa prolata, atq; accepta sint. Tū etiam, quia adiectiue quoq; sumpta, certā, & indiuiduam personam indicant, & eundē prorsus sensum habent, ac substantiue prolata, vt sum primō generatus à rege, aut primus regis filius. Erit igitur in vtroq; casu error personæ per illam qualitatem designatā.

33 Quāto tēperatur, nisi cōtrahēs quoq; errore affectus consentiret verē in personā sibi presentē, quæ cūq; illa sit. Quia tūc nullo errore ducitur ad consentiendū: cū mēs eius sit cōtrahere cū persona coram astanti, quæcumq; illa sit. Ita Nauarrus summa c. 22. n. 32. Petrus de Ledema de matr. q. 5. ar. 2. dubio 3. notabili vltimo, ante solutionem argumentorum.

34 Vltimō tēperatur, nisi persona cū qua matrimonium iñitur, & qualitate illa erronea designatur, esset ante illius qualitatis noti-

tiam cognita alteri contrahenti: tunc enim quæcumq; qualitate indiuidua designetur, est error solius qualitatis, & valet matrimonium, vt si Maria optimē noirit Petrū cū nubit, falsō tamē existimet esse primogenitū regis hispani, in sola qualitate errat, & matrimonium tenebit. Ratio est, quia cū persona ante illius qualitatis notitiā sit alteri cōtrahenti nota, qualitas recēs cognita nō trahit illū ad personæ notitiā, sed ad solius qualitatis nouū cōceptū: ac proinde error circa solā qualitatem accidet, manēt vera personæ notitia, in quā cōsensus cōiugalīs fertur. Fa uet Ricardus, Rainerius. D. Antonin⁹, Alexad. Carrer. n. 25. allegati, asserit enim tūc esse errorē qualitatis, seu circa subiecti nobilitatē, quādo consensus est in personā cōtrahenti notā, quōd eā nobilem credat. Et ferē expresse tenet Verac. 1. p. specul. ar. 28. sine, vbi ait esse qualitatis errorē, si Maria nubat Ioanni quē optimē noirit, existimās eū esse primogenitū talis comitis, cū non sit. Consulto dixi, quādo contrahens personā optimē noirit: quia non sufficeret ex fama, vel auditu notitiā habita: nō enim sic cognitus cognosci verē dicitur: ac proinde qualitas adiuncta, certā & indiuiduā personam denotans, in verā personæ cognitionē duceret, atque error circa illam, esset circa personā. Atq; ita Veracruz eisdē prorsus verbis vtitur. Prudens quoq; dixi, si ante qualitatis notitiā sit cognita contrahenti. Si enim à principio cognitionis esset error in qualitate certā, & indiuiduā personā designanti, isq; error adhuc permaneret, esset error in persona matrimonium irritās. Quōd reuera consensus directē, & formaliter tēdat in presentem, quatenus est illa persona quam ab initio intellectus apprehēdit. Notitia enim illa circa personam erroneā, dirigit consensus, eadem prorsus tempore contracti matrimonij perseverat.

35 Ex dictis deducitur primō, quid dicēdū sit in ea conscientia questione, quā suo tempore discussam fuisse in casu tunc contingenti, refert Tabiena verb. impedimentū, impedi. 1. q. 4. nu. 5. Quiddā enim duas filias habens, iuueni pulchritudine minoris capto; eā sibi in matrimonium collocari possulāti denegauit, offerēs primogenitā: iuuenis petijt eā ostendi cuiā amico, à quo de illius pulchritudine certior fieri volebat: pater dolose filiā minorē ostendit amico, & primogenita deformis esset: iuuenis ergo bene instructus de femine pulchritudine, eoq; errore ductus contraxit eā primoge-

nita, existimans esse eā quæ amico exhibita fuerat: dubitatū fuit, nū solus qualitatis error esset, ac proinde valeret matrimonium? Tabiena ibi dicit se fuisse in ea sententiā, vt qualitatis error esset; quōd non posset cōsensus dirigi in secūdō genitam, ea quippe denegata fuerat illi: & sola primogenita cōcessa: quare verē direxit cōsensus in primogenitā sibi oblatā: & solum fuit error circa eius pulchritudinē. Et optimē in hoc sensit Tabiena. At si secūdō genita minimē esset sibi denegata, ait casum esse dubiū, & videri errorē personæ. Sed sic distinguendū existimo: aut enim oblata est alicui ad matrimonium eū eaineundū, filia, verbi gratia, Petri, speciali aliqua nota designata, vt nomine proprio, vel primogenita, aut secūdō genita: & tūc quantum volenti pulchritudinē per se, aut per tertiā personam inspiciere, ostendatur femina pulchrior, & ipse eo errore circūuentus ducat feminam prius sibi oblatā, nō est error personæ, sed solius qualitatis. Quōd apprehensio prioris feminae sibi oblatæ permaneat, ac ducat consensus in illā, quare non errat in persona quā ipse existimat, sed in illius pulchritudine. Si tamē nulla nota singulari filia illa designata esset, sed genericē quædā Petri filia oblata esset, & ostensa esset alia, esset vtiq; error personæ. Quia apprehensio alterius cōtrahētis nō erat ad singularem personā determinatā: determinatur autē per inspectio nē propriā, vel tertiæ personæ, ad mulierē ostēsam, quare si alia supponatur, erit error personæ: si alia (inquā) eiusdē Petri filia: secus si alterius filia ostendatur, tūc enim ea pulchritudine femine ostensā deceptus, ducēs filiā Petri, nō errabit in persona, sed in qualitate pulchritudinis. Quia licet inter filias eiusdem Petri nō esset apprehensio

determinata, atq; ita determinatur ad filiā ostēsam: verū respectu aliarū quæ eiusdē Petri filie nō sunt, determinata erat, atq; ita per inspectionē nequaquā dirahitur ad eā quæ Petri filia non sit volendū in coniugē, sed in eadē voluntate ducendā filia Petri persisterit. Ipsum ergo ducens nō errat in persona, sed in personæ pulchritudine.

36 Secūdō deducitur, nō esse errorē personæ, si quis mentiatur dicens se esse vnicū regis talis, vt Præcia, si reuera eius filius sit, ac habeat alios filios. Quia cū non erretur in filiatione, nō erratur in persona, sed in sola illa qualitate, seu potius negatione aliorū filiorum. Secus vbi quis dicit se esse primogenitum regis talis, cū sit secūdō genitus. Quia nota indicat prescriptū filiū.

37 Tertio deducitur, nō vitari matrimonium ex solo nominis errore, si de corpore constet. Id aperte probat. l. in venditionibus. g. ff. de contra. empt. ibi. *Planē si in nomine desensimus, verū de corpore constet: nulla dubitatio est quin valeat emptio, & vditio Nil enim facit error nominis, cum de corpore constat.* Et ita docent Anton. c. tua. nu. 14. de sponsal. Maioris. 4. d. 30. q. 1. notabili vltimo ante. 1. conclus. Ledema. 2. p. 4. q. 53. ar. 1. dubio 4. Cacta repetitione, eadē limina. 30. q. 1. §. 4. nu. 324. Lancelotus instituta iuris canonici, lib. 2. tit. de nuptijs, ad finem.

38 Tandem in summam redigendo quæ à nu. 26. dicta sunt, ad explicandum, quando error circa qualitatem redundet in errorē personæ matrimonium dirimentem: dico breuiter tunc id accidere, quando erratur: circa qualitatem quæ certam personam designat, quæ contrahenti prius nota non erat absq; illa qualitate: nec constat mētem contrahentis fuisse in personam sibi presentem, quæcumq; illa sit, consentire.

DISPUTATIO DECIMANONA.

An error conditionis seruilis dirimat matrimonium: & quo iure?

SYMMARIVM.

39 **Q**uodplex sit seruus: & quid sit ascripticius, vel originarius. nu. 1.
 40 **Q**uod matrimonium liberi cum ancilla, vel libera cum seruo, ignorata conditione seruilis esse nullum. nu. 2.
 41 **Q**uid si pro tempore determinato concedatur libertas, an eo tempore matrimonium contractum eū ignorantia seruitutis, valeat. Et an libertas possit ad tempus concedi. nu. 3.

42 **Q**uid de ignorantia statū liberi, nempe, eius cui concessa est libertas post certum tempus cōparanda. nu. 4.
 43 **Q**uid, si error conditionis sit concomitans: quia liber conscius seruitutis ancillā ducere. Et an ita sit nullum matrimonium, vt si liber velit in illo persistere, non sit cogendus seruus: Et an ratificetur per copulam habitā à libero ignorato manumissionis postea factæ: vel per copulam post seruitutem cognitā. Et